



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Reseruatio casuum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

376 R E L I Q V I A E.

cum non esse professum , vel ob de-
merita priuando habitu. quæst. 53.
art. 6.

Si tamen necessitas manendi ex-
tra claustra sine habitu ad tempus
urget ; ut si sanitatem corporis iu-
dicio Medici aliter commodè recu-
perare , vel necessitatì parentum ali-
ter subuenire nequeat ; habet Præ-
latus etiam Prouincialis potesta-
tem hanc licentiam impertiendi.
art. 5.

R E L I Q V I A E.

Reliquias Sanctorum pro conse-
cratione Altarium , & lapides
cuiuscumque generis consecratos,
aut non consecratos , extra urbem
deferre permittit priuilegium Alex-
VI. q. 55. art. 1.

R E S E R V A T I O C A S V V M.

Vide Nonitius.

Videntur hæresim sapere , qui
negant Prælatos posse sibi re-
seruare casus ; quinimò hoc olim
ex priuilegio *Alexand. VI.* conces-
sum erat etiam Guardianis , sed
per non usum , & per contrariam
ordinationem statutorum nostro-
rum

RESERV. CASVVM. 377
tum est iam sublatum. tom. I. q. 21.
art. 2.

Clem. VIII. ita restrinxit potestatem Prouincialium , & Generalis, ut nequeant per seipso casus reseruare , sed tantum Capitulos quod tamen non videtur receptum in nostro Ordine Minorum , ob causas quotidie contingentes *ibidem*.

Regularis absoluens à reseruatis in suo Ordine , ultra quod nihil faciat, incidit in pœnam excommunicationis à iure latæ. art. 3.

Prouincialis , & ab eo delegati validè , & licite absoluunt omnes Fratres omnium prouinciarum ad se venientes. Similiter habens autoritatem passiuam absoluendi à suis reseruatis , etiam à solo Prouinciali, legitimè absoluitur à quocumque cuiuscumque prouinciae , ad confessiones audiendas admissio. *ibidem*.

Prælati prædicatorum tenentur sub præcepto cuiusdam Bullæ Pij V. benignos se exhibere subditis pentibus licentiam passiuam absoluendi ; vnde videntur peccare mor-

A a 5 r

378 RESERV. CASVVM
taliter eam fine rationabili causa
negantes, art. 4.

Tunc tamen Fratres rei nullo
modo ne indirecte quidem possunt
ab illo inferiore absolui, sic ut non
teneantur amplius se praesentare
coram eo qui hanc habeat faculta-
tem , poterit tamen absolui ab aliis
directe , & a reseruatis indirecte,
cum obligatione ea confiteendi post-
modum habenti autoritatem. q. 20.
art. 30

Prælati inferiores , vt sunt Con-
uentuales , qui a iure videntur ha-
bere facultatem eligendi sibi con-
fessarium etiam præter sui Prouin-
cialis licentiam , possunt ab eodem
Confessario electo absolui ab om-
nibus reseruatis , a quibus ipsi alios
absoluunt. articulo. 28. & quest. 21.
art. 8.

Guardiani habetes a Provinciali
authoritatem absoluendi a reserua-
tis possunt in easu particulari illam
alteri delegare ; imo statuta nostri
Ordinis declarant , quod Guardiani
habeant authoritatem Prælatorum
in foro conscientiae , & quod au-
thoritas ipsis per Provincialalem co-
missariam

M
causa

nullo
sunt
c non
ntare
ulta-
aliis
etè,
post-
q. 20.

Con-
r ha-
con-
ouin-
odem
om-
alios
. 21.

ciali
erua-
illam
ostri
diani
orum
au-
cō-
isla,

SEPVLTVRA. 379

missa, semper remaneat apud eorum
Vicarios, & Vicariorum Vicarios.

q. 21. art. 9.

Ad usum Bullæ Cruciatæ requiri-
tur in professis expressa Prælati li-
centia non tamen in Nouitiis ad
quos non se extendit easum refer-
uatio, art. 10. & 11.

SEPVLTVRA.

Vide *Habitus, Parochius.*

Morientes in habitu Ordinis ne-
cessariò olim sepeliendi erant
apud Fratres ; hodie tamen libe-
ram habent sepulturam ubiuis eli-
gendi facultatem. tom. 3. quæst. 58.
art. 5.

Prohibentur Clerici sacerdotes &
Regulares sub pena maledictionis
æternæ , aliquem inducere ad vo-
uendum , iurandum , & fide inter-
posita , vel alias promittendum se
electurum sepulturam in sua Eccle-
sia ; nec omnino valet talis elec-
tio , si fiat ; unde necessariò sunt
sepeliendi in monumentis maio-
rum suorum , aut in loco , quem
priùs elegerant. Quod si de facto
Religiosi sepelierint ; tenentur ad
restitu-